

eo loco, qui à septem insulis nomen habet; altera, in pago Chigoutimino; tertia, fecus amnem Saguenæum. Excoluntur ibi Montagnæi, Papinachii, Mistassini, & aliæ passim gentes errabundæ. Jam, si versus obeuntis solis partes & fluminis Laurentiani fontem tendas, occurret in ejus ripâ septentrionali pagus Trium fluminum dictus, quia ibi tria quædam flumina confluunt: abest Quebeco septem octove dierum iter. Florebat illic Algonkinorum Missio longe pulcherrima, sed hanc vinum igne vaporatum & stillatum, à mercatoribus Europæis, facilem inde quæstum male captantibus invecum, vehementer labefactavit inducta ebrietate. Pensat hæc damna virtus ac pietas Abnakiforum. Triplex apud illos statio collocata: una